

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorvm [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

Argumentum decimiquarti libri.

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**

gendis lanis idonea est, ut ex radicibus tincta cum his decerent, quae ex uermiculo purpuraque tinguntur. Et adeo exuberata quarum uis, ut regio balneis sponte nascen-  
tibus, plena inueniatur. Post Hieropolim sequuntur loca, quae trans Maeandrum sunt. Nos que ad Laodiceam Aphrodisiamque pertinent, & que Carura usque per  
tendunt, diximus. Sequentia sunt occidentalia quidem, Antiochia ad Maeandrum,  
que iam ad Cariam pertinet. Australia Cibyra ea quae magna est, & Sinda, & Ca-  
balensis ager, usque ad Taurum ac Lyciam. Antiochia mediocris urbs est, ad Mae-  
drum sita, Phrygiam uersus. Ea ponte iuncta est, & regionem multam habet ex  
utracque fluminis parte, totam fertilem, & cariacam multam fert, quae Antiochica uo-  
catur. Eandem triphyllon uocant. Hic locus facile concutitur. Ex hac sophista cla-  
rus est Diotrepes, quem Hybreas maximus nostri temporis orator audiuit. Cre-  
dunt Cabalenses Solymos esse, unde collis qui Termesi promontorio imminet,  
Solymus uocatur, & ipsi Termenses Solymi dicuntur. Proximum est Bellero-  
phantis uallum, & Pisandri eius filij sepulchrum, qui in bello cecidit, contra Soly-  
mos gesto. Haec plane cum ijs concordant, quae a poeta dicuntur, nam de Bellero-  
phantis sicut,

λόντερον δὲ γὰρ Κλύμοισι μαχέσατο λευθάλιμοισι.

Iliad. I.

Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma.

De eius autem filio sic,  
τεῖσεν δορὸν δὲ ἔδη αρῆς ἀτην τολεμοιο  
μαχενάθη Κλύμοισι λευτίκτανταν.

At natum occidit Pisandrum Bellerophontis,

Pugnantem Solymos contra, in certamine Mauors.

Termesus Pisidica urbs est, que proxime ac plurimum Cibyra imminet. Ciby-  
rei à Lydis dicuntur profecti, qui Cabalensem agrum tenuerunt. Postea Pisidae fi-  
nitimi eam habitauere atque in alium locum transtulerunt, munitissimā quidem am-  
bitu c. ferē stad. Ea propter æquitatem plurimum creuit. Et uici propugnati sunt à  
Pisidia & finitimo Milyae agro usque in Lyciam & ulteriore Rhodiorum regio-  
nem, additis tribus urbibus finitimi, Bubone, Balbura, & Oenoandro, quarum  
conuentus Tetrapolis dictus est. Harum singulæ singula suffragia habebant, Ca-  
byra uero duo. Nam ea triginta peditum millia mittebat, equitum duo millia, sem-  
per tyrannis subdita, temperanter tamē, qui status in Moageta finem habuit. Nam  
eam tyrannidem Murena sustulit, Balburam & Bubonem Lycijs adiecit. Nihilo-  
minus Cibyrensis administratio inter maximas totius Asiae censetur. Cibyrei qua-  
tuor linguis utebantur, Pisidarum, Solymorum, Græcorum, ac Lydorum. Pro-  
prium apud Cibyreos est, ferrum facile extornari. Milya montana est, quae ab angu-  
stis Termesi, & à transitu, qui per eas fit ad citeriora Tauri ad Sindā pertendit usque  
ad Apameorum regionem & Sagalassum.

LIBRI DECIMI TERTII FINIS.

ARGUMENTVM DECIMI QVARTI LIBRI.

**Q**uartus decimus liber circa Cycladas insulas uersatur, & ulteriore regionem  
in qua est Pamphylia, Isauria, Lycia, Pisidia, Cilicia, usque Seleuciam Syriæ, &  
Asiam, quæ propriæ Ionia appellatur.

N 2